

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

**Henricus Rudolphus Redeker/ Iur. D. Prof. P. Consist. Ducal. Assess. ... Ad
festum. Stupendi Mysterii Incarnationis Dei, Sanctissimo & devotissimo cultu
celeberandum, Omnes Academiae cives religiose hortatur**

Rostochii: Kilius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735662983>

Druck Freier  Zugang



HENRICUS RU-

DOLPHUS ~~Redeker~~/

Jur. D. Prof. P. Consist. Ducal. Assess.

Sereniss. Ducis Mekl. Consil. p. t. Univ. Ro-
stoch. Rect. & Ampl. Facult. Jur. Decanus,

Ad festum.


Stupendi

MYSTERII IN-
CARNATIONIS
DEI,

Sanctissimò & devotissimo

cultu' celeberandum,

Omnes Academiz cives
religiosè hortatur.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1666.

R.U.-Prag 1666/1d



Salutem!



Uoties Regum aut heroum
filii nascuntur, quisque, prout
gratior populo Princeps ejusq;
heres est, ut bono publico gra-
tuletur, & gaudium l^aetitiam-
ve contestetur suam, prompto
adcurrit animo: hinc eriguntur
portae triumphales, excitan-
tur publici ignes, instituuntur
lusus equestres, feria publicis
privatisque indicuntur negotiis, adornantur lautissima
convivia, erogantur splendidi sumptus, recitantur ora-
tiones, implorantur Sicelidum musarum auxilia, imò
omnes ingenii vires, ut l^aetitia publica augustior reddar-
tur, conseruntur. Hæc affectus contestatio parentibus
solet esse grata, natis laudabilis, & ipsis autoribus deco-
ra. Hodie l^aetissim⁹ ille iterum inluxit dies, quo, ante sede-
cim secula, & quod excurrit, Jesum Christum, Regem
Messiam, Servatorem & Salvatorem humani generis, con-
ceptum ex Spiritu Sancto, beatâ & æternâ laude digna-
virgo Maria Bethleem⁹ in Iudæa peperit. Hæc stupen-
da est illa incarnatio, adeoque ab omnibus seculis inau-
dita & admiranda rei narratio, quâ ex Deo concepisse &
virgo peperisse dicitur, quâ, quod scripsit Athanasius,
Deus

77

Deus ex substantia Patris ante secula genitus; Homo ex
substantia matris in seculo natus. Egregiis certe verbis,
& quibus de cœtero addi nihil potest, hanc inexplebilem
lætitiam, quæ animos nostros à rebus terrenis debet ab-
strahere, & ad cœlestium meditationem traducere, Leo
in Homil. VI. de Nat.: exprimit: *Quem Servatoris nostri dum
recolimus exortum, invenimur Christiani nostrum celebrare
principium.* Generatio enim Christi, est origo populi Christi-
ani: & natalis capit is, natalis est corporis. Gaudet autem
peccator, quia invitatur ad veniam. Exultet Sanctus, quia
propinquat ad palmam. Animetur Gentilis, quia vocatur
ad vitam. Et ipse gloriae Dei præco & ebuccinator An-
gelus, Pastoribus, qui in eâ regione gregis sui curam su-
stinebant, stupendam hanc nativitatem, & ineffabile
gaudium denuncians: *Nolite, inquit: formidare: Ego enim
nuncio vobis gaudium magnum, idque ad populum pertinente
universum;* quippe hodie natus est Salvator, qui est Christus
Dominus in civitate David. Extemplo autem totus An-
gelorum Chorus cælesti & sonora voce, fecialem hunc
omnipotentis exceptit: *Gloria in excelsis DEO, & in terra
pax hominibus bona voluntatis.* Quas, quæso, gratias, aut
quas laudes nos Deo Domino nostro exhibere debemus,
qui ita dilexit mundum, ut filium suum unigenitum da-
ret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat sed habeat
vitam æternam? Quas gratias, aut quas laudes debemus
novo nato Iesu Christo referre, qui humanam assumit
carnem, ut nos ab æterna morte liberaret? Quid nos, ut
gaudium & lætitiam nostram explicemus, huic nostro
Salvatori novigenito decens aut decorum debemus eri-
gere? Certe illud nec mens nostra potest concipere, nec
lingua proferre. Tantus enim Dei erga nos amor, tan-
ta benevolentia, tanta beneficia, ut ea nec capere, minus
eloqui magnalia Dei possimus. Quis hanc gratiam
multi-

plicem explicet? quis huic ineffabili gratiæ gratias agendo sufficientes inveniet? Olim ineffabilis & adoranda Dei Majestas, cuius nutu cælum & terra, adeoque universum hoc, quod vinculo potentissimi creatoris stupendum in modum cohæret, regitur, mortalibus omnibus, terribilis, horrenda, & metuenda erat, eamque nec intelligebant Angeli, nec per vestigabant Cherubim, sed obstupescerant homines, & exclamabant: *Domine Deus quam mirabilia sunt opera tua.* O profundas divitias sapientiæ ac scientiæ Dei! Hodie Deus gloriæ: *cujus à facie, Psalmista teste, commota est & contremuit terra, fundamenta monium sunt conturbata,* immensa benignitate, humanam assumptam naturam, & per investigabile divinæ fuxæ potentiaæ mysterium, id factus est, quod sumus omnes. Hodiè qui timendus erat, nostram carnem induit, ut se nobis amicum præbeat. Deus in homine, Deus ex homine, Deus cum homine, Deus inter homines, Deus propter hominem homo factus est. Hodie qui in corporeus erat, qui nec tangi nec apprehendi poterat, homo factus inter homines versatur, humanum in morem vivit, tangi, aspici ac adprehendi potest. Hodie cælum cum terra, altissimum cum infimo, immortalitas cum mortalitate, divinitas cum humanitate, Deus cum homine, conjungitur, & sicut anima & corpus unum efficiunt hominem, ita Deus & homo unus fit Christus. Hodie Deo gloriam, terræ Pacem & homini benevolentiam, cœlestium Spirituum chorus altissima voce extollit. De hoc die gratulabantur sibi Patriarchæ, vident eum Legislator Moses, cum plenus amore Dei, in has voces erumpit: *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies.* Vah quam blandum & lœtitiæ plenum est oraculum Prophetæ alias gravissimi: *Parvulus nobis natus, filius nobis datus est:* quam mysticum

4

mysticum illud vaticinium: Egredietur virgo de radice
Jesse et flos de radice ejus ascendet, et requiescat super
eum Spiritus Dominis. Hic ille Dominus mundi & Rex
Regum est, de quo Barachiae filius magna prodidit: Ecce
Rex tuus veniet tibi justus & Servator. Sunt certe Viri, nec
minoris eruditio quia fidei, qui foliis Sibyllinis, de
Servatoris & Salvatoris nostri nativitate & officio, vera
& indubitate vaticinia inesse, constanter affirmant. Di-
cuntur autem Sibylæ, teste Isidore, lib. 8. c. 8. de Origin.
omnes fæmina vates. Nam σοφη Αεlico sermone Deum, Βαλην
Gracimentem nuncupant. Proinde igitur, quia divinam vo-
luntatem hominibus interpretari solebant, Sibyllæ nominatae
sunt. Sicut enim omnis vir prophetans vel vates dicitur, vel
Propheta. Ita omnis fæmina prophetans Sibylla vocatur. Quod
nomen ex officio, non ex proprietate vocabuli est. Lactantius
tamen ex M. Varrone, quo neminem vel apud Græcos, ne-
dum apud latinos, doctiorem fuisse statuit, non consilium
Βαλην, sed Βαλην, indeq; Sibyllas appellatas vult, & quidem
ælico sermonis genere, lib. 1. de fals. relig. c. 6. extantque Si-
byllæ Erythrææ versus, & quidem Græci apud Euseb. lib. 5.
de vit. constant. latini autem facti apud Augustinum l. 18. de
Civit. Dei c. 23. in quorum singulis lineis literarum initiali-
um contextus ita dispositus est, ut hæc verba construan-
tur, Iesu Christus Dei filius servator crux. eos autem, quia
hic adscribere programmatis modus vetat, refert O-
nupbr. de Sibyll. p. 27. & Boxb. in Hist. Univers. p. 18. Hæc au-
tem vaticinia ante Christum natum edita, testimonio M.
Tull. Cicer: probare conatur Eusebius; ad eaque oracu-
la respicere Virgilium in Eccl.

Ultima Cum ei venit jam carminis etas
putat August. l. X. c. 27. de Civit. Dei, & Epist. 156. ad Marti
Imo Eusebius in dicta Historia, Cum æcum illud laudatum
à Virgilio Christo ascribit, & scholiis interpretatur. Va-
ticina

ticinia autem duodecim Sibyllarum de nativitate Christi, ex antiquo MS. bibliothecæ regiae in Gallia, recenset Boxb. d. l. ex quibus illa, quæ Sibyllæ Persicæ tribuuntur, præ aliis rem, uti eam ex revelato verbo Dei habemus, omnem exponunt.

Virgine matre satus, pando residuebit asello,
Jucundus princeps, unus qui ferre salutem
Rite queat lapsis: tamen illis forse diebus
Multi multa ferent, immensi fata laboris.
Solo sed satis est oracula prodere verbo:
Ille Deus casta nascetur virgine magnus.

Hanc autem quatuor & viginti libros scripsisse, & de Christo ejusque adventu innumera cecinisse, author est Onupbr. d. l. p. 18. & 19. ubi ejus imaginem præsentat. Nec minus Erythreae versus, ut reliquarum folia præterea, egregium pondus habent, hæc enim non perænigmata, sed ad vivum Christi servatoris nativitatem exprimit:

Cerno Deinatum qui se demisit ab alto,
Ultima felices referent cum tempora soles:
Hebraæ quem virgo feret de stirpe decorat.
In terris multum teneris passurus ab annis:
Magnus erit tamen hic divino carmine vates,
Virgine matre satus, prudenti pectore verax.

Hanc vulgatior opinio ante bellum Iliacum vixisse testatur, Eusebius in Chronicis, in primam urbis Romæ ætatem, regnumque Romuli resert: Solinus autem paulo post Trojana tempora floruisse scribit. Lactantius Babiloniæ eam ortam dicit. Cæterū si hæc & alia vaticinia cecinissent Sibillæ, nihil, nisi quod de novogenito Dei filio nobis ex codice sacro innotuit, in illis dictū videmus. Verum enim vero uti omnia illa Christo apprimè conveniunt, ita certè per receptum errorem Sibyllis tribuuntur. Hæc enim, & quæ sunt ejus generis alia, si Sibyllæ de generis

21

neris humani Redemptore vaticinatae essent aut' scripti-
tassent, ter magè ac omnes Prophetæ præstitissent, ade-
oque inter illos primum omnino locum sibi jure merito
vendicarent. Quamvis autem concedam' vixisse Sibyllas,
& varia prædixisse, de cœtero etiam, quæ de incarnatio-
ne & adventu Christi circumferuntur oracula, personæ
Christi convenire, attamen erroneum potius & neuti-
quam verosimile esse, nobis persuasum est, illa carmina,
tanto ante tempore, tam clare ac aperte de Christo pro-
nunciata, à Sibyllis dicta: siquidem, ex veteris & novi
testament tabulis, ex quibus antecedentium ac conse-
quentium indubitata veritas depromitur, Christianum
quendam illa conscripsisse tutius asseritur. Interim tamen
fieri potuit, quod gentes, cum revelata per Patriarchas,
Moisen & Prophetas incarnationis mysteria, à Judæis au-
diverint, illa Sibyllis, cum Prophetas altissimi non agno-
scerent, ascriberent: origo tamen horum omnium Pro-
phetis Dei debetur, adeoque à Judæis procul dubio habu-
erunt, iquæ de Christo scripserunt Sibyllæ. Neque Sal-
uator noster ad folia sibyllina, ut veritatem discamus, nos
ablegat, sed ad Moisen & Prophetas: *Scrutamini, inquit,*
scripturas, illæ enim de me loquuntur. Diffiteri quidem no-
lumus, supposititia illa Sibillarum vaticinia, nec ab ho-
mione indocto, minus mali quid, vel à sacris literis alieni
molientis, esse edita, cum præprimis ad paganorum &
gentilium errores convincendos, multum possent tribu-
ere, nequaquam autem ad vanitatem illorum amplecten-
dam nos inducere debent. Si quidem illi ipsi, qui Sibyl-
larum & Sibyllinorum carmina rationem habent, in-
ter se fluctuant, cum nihil certi, inter discordantia anti-
quitatum monimenta, reperire possint. Namquæ de Si-
byllarum numero, nominibus, patriâ, & ætate, nihil
certi ex historicis, qui fidem mercantur, haurire possunt,

sed

sed ubique magna fuit olim, & manet hodie inter veteres scriptores dissensio. Allii siquidem tantum unam, alii duas, alii tres, alii quatuor, alii quod communior sententia approbat, decē, alii duodecim, alii plures fuisse Sibyllas autumant. Adeoq; quocunq; mentis apicem convertamus, meram incertitudinem & errores gentilium, quos Christiani quidam, qui non quid verum, sed quid ante dictum, vel communiori opinione receptum sit, sequuntur, deprehendimus. Interim haut negantes, quod illi etiam, qui mysteria Divina nec intellexerunt, nec intelligere potuerunt, de Dei factis vera dixerint: Inde Augustinus, qui ipse Sibyllis multum tribuit, l. 13. contra Faust. Manich. c. 15. Sibylla porro, vel Sibylle, & Orpheus, & nescio quis Homerus, & si qui alii Vates vel Theologi, vel sapientes, vel Philosophi gentium de filio Dei, aut de Patre Deo vera predixisse seu dixisse perhibentur: Valet quidem aliquid ad pagorum vanitatem revineendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendum. Nos proinde, in veteri duntaxat testamento, vera de Christo vaticinia reperiri statuamus, & ad eunas Christi devoto pectore procedamus, illiq;, cum sapientibus Orientis, Aurum, quia Rex noster est, cuius regnum & potentia a seculo ad seculorum secula in concussa: Thus, quia Sacerdos est: & Myrrham, quia pro nostra salute mortuus est, offeramus. Hic enim est agnus Dei, qui tollit peccata mundi; Hic est lapis, quem reprobarunt & difficantes; Hic est per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil factum est; Hic est qui sicut ante secula, & natus in seculo; Hic est, qui excelsior cælo, & profundior terrâ. Ipsi sit laus, gloria, & potentia in secula. Rostoch. sub
Sig. Rect. primo die Theophaniæ, Anno 1666.



heris humani Redemptore vaticina-
tassent, ter magè ac omnes Prophe-
tæ que inter illos primum omnino lo-
vendicarent. Quamvis autem concederet
& varia prædixisse, de cœtero etiam,
ne & adventu Christi circumferunt
Christi convenire, attamen erroneo
quam verosimile esse, nobis persuasus
tanto ante tempore, tam clare ac ap-
nunciata, à Sibyllis dicta: siquidem
testament tabulis, ex quibus anteceden-
quentium indubitata veritas deponit
quendam illa conscripsisse tutius asse-
fieri potuit, quod gentes, cum reverenter
Moisen & Prophetas, incarnationis in-
diverint, illa Sibyllis, cum Prophetæ
sicerent, ascriberent: origo tamen huius
prophetis Dei debetur, adeoque à Judæis
erunt, iquæ de Christo scripserunt Si-
vator noster ad folia sibyllina, ut veri-
ablegat, sed ad Moisen & Prophetas:
Scripturas, illæ enim de me loquuntur. Il-
luminis, supposititia illa Sibillarum vici-
mine indocto, minus mali quid, vel
molientis, esse edita, cum præprimi
gentilium errores convincingendos, mu-
ere, nequaquam autem ad vanitatem
dam nos inducere debent. Siquide
larum & Sibyllinorum carminum ra-
ter se fluctuant, cum nihil certi, in
quitatum monumenta, reperire possi-
byllarum numero, nominibus, pat-
certi ex historicis, qui fidem mercantur




Image Engineering Scan Reference Chart TEF03 Serial No. 0745

t' scripti-
ent, ade-
e merito
Sibyllas,
arnatio-
personæ
& neuti-
carmina,
isto pro-
& novi
c conse-
tianum
n tamen
iarchas,
dæis au-
n agno-
um Pro-
io habu-
que Sal-
nus, nos
, inquit,
dem no-
ab ho-
is alieni
orum &
t tribu-
olesten-
bi Sibyl-
ent, in-
itia anti-
è de Si-
, nihil
ossunt,
sed